



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XIV. Ad cap. XVII. de filiis Presbyt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

principimus quatenus si predicta constiterint prænominatum Walte-
rium in possessionem ei collati beneficij inducere non differatis omni-
oc. Et ap. cef. non ideo minus observato apostolici rescripti decreto,
quod hic hereditariam in Ecclesiâ Dei destruit successionem ut cano-
nicam approbet possessionem. Post hæc verba additur in conciliis:
Porro si is ex a. inter. non possint, alter nihilominus exsequatur.
Lege: Porro si his exsequendis ambo interesse non possint, alter ve-
strum nihilominus exsequatur, quæ est clausula satis nota.

C A P. XIV.

Ad cap. XVII. de filiis Presbyt.

S U M M A R I A.

- | | |
|-----------------------------------|----------------------------------|
| 1. Inscriptio restituitur. | decim Episcopatus in Belgio |
| 2. Furnæ urbs. | designavit. |
| 3. Brugæ, Flandriæ. | 7. Archiepiscopatus Belgii tres. |
| 4. Olim quatuor tantum Belgio | 8. Episcopus Brugenfis Cancella- |
| Episcopatus. | rius Flandriæ ob Prepositu- |
| 5. Auctor aurei velleris Ordinis. | mm Donatiani. |
| 6. Paulus IV. Pontifex quatuor- | 9. Donatianus quis? |

Est Honorii III. inscriptionem omisit Raymundus, quæ ita-
habet: Decano Furnensi, Morinensis diœcesis, & Magistro Gi-
liberto Morinensis, & Lamberto S. Donationi in Brugis, Tor-
nacensis diœcesis. Furnæ, urbs Flandriæ, diœcesis Morinen-
sis, nobilitatæ victoriâ Gallorum contra Flandros anno 1297. Vide
Jacob. Meyerum lib. 8. & 10. Annal. Flandriæ. Brugæ, Flandriæ em-
porium celeerrimum, olim sub Tornacensi Episcopo, nunc Epi-
scopatus, sub Mechlinensi Archiepiscopo, beneficio Pauli IV. ann.
1558. Erant olim in omni Belgio non plures quatuor Episcopati-
bus. Quare jam olim augere eos Philippus Burgundia Dux, co-
gnomento bonus, is qui equestrem aurei velleris ordinem institu-
it, animo agitaverat: Carolus V. autem Imperator Philippo filio
inter supra monita hanc curam transcriperat, qui impetravit
etiam à Paulo IV. ut quatuordecim Episcopatus designarentur,
pristinis quatuor addendi, tribus eorum Archiepiscopatus præro-
gativâ

Inscriptio
restituitur.

Furnæ, urbs

Brugæ,

Flandriæ.

Olim qua-
tuor tantum
Belgio Epi-
scopatus.Auctor au-
rei velleris
ordinis.

Paulus IV.

Pontifex
quatuorde-
cim Episco-
patus in Bel-

gio designa- gativâ ornatis, Cammeraco nimirum, Trajecto ad Rhenum atque
vit. Mechliniâ. Vide Famianum Stradam lib. 2. belli bellici. Est
Archiepi- Brugensis Episcopus perpetuus & hereditarius Flandriæ Cancella-
scopatus ri, idque ratione Præposituræ S. Donatiani, Episcopatui incor-
Belgii tres. poratæ. Fuit Donatianus septimus Remorum Episcopus :
Episcopus Capitulum collegiatum fuit olim B. Mariæ dicatum : Sed ob
Brugensis, translationem reliquiarum Donatiani sub Hadriano II. & Carolo
Cancellarij calvo ab hoc Donatiano dñominatum. Vide Molanum in in-
Flandriæ ob diculo.

*Prepositurā**Donatiani.**Donatianus**quis.*

Ad titulum : De servis non ordinand. & eo-
rum manumissione.

S U M M A R I A.

- | | |
|---------------------------------|---------------------------------|
| 1. Servus ad clerum promoven- | 5. In occidente tres modi manu- |
| das debet manumitti. | mittendi. |
| 2. Etiam servus Ecclesiæ. | 6. Manumisio per denarium. |
| 3. Nisi Dominus intra annum cum | 7. Libertas denarialis. |
| non vindicet, | 8. Manumisio in Ecclesiâ. |
| 4. Patronatus jure demto. | 9. Manumisio per epistolam pri- |
| | vatam. |

Servus ad
clerum pro-
movendus
debet ma-
numitti.

Non oportere servos ad Clerum promoveri, aut monachos fieri, nisi libertate donati sint à dominis suis, constat can. 6. & 7. dist. 54. can. 81. ex his, qui Apostolorum feruntur. Et Synodi Gangrensis can. 3. Calchedonensis can. 4. Vide Arsenium in Synopsi. Tùm decretis Leonis Papæ c. 1., & Gelasii c. 14. Et Imperatorum quoque sanctione l. 16. C. de Episc. & Cler. ubi censibus annotati prohibentur ad Clericatum adspirare: Id est adscriptitii, instar servorum. Confer Balsamon. in Sylloge Ecclesiasticarum Constitutionum lib. 1. n. 36. & 37. Hoc itidem constat ex Synodo Aurelianensi III. sub Childeberto Rege c. 21. quod ita habet: *Uli nullus servilibus colonariisq; conditionibus obligatus juxta statuta sedis Apostolice ad honores Ecclesiasticos admittatur, nisi te-*

f. 4-